

ut filii dī. & frs xpī & conparticipes cum eo regni caelestis fieri pos
sumus. nos iterū p mala opera & p delectationē carnis. seruos peccati
eē faciamus. quia qui facit peccatū ut ipse dn̄s ait. seruus est peccati.
Sed potius dī auxiliante gratia pio studio in ea libertate qua nos
xps liberare dignatus est. omni adnisu. omni sollicitudine & circū
spectione. contra callidissimi hostis insidias cauti permaneamus.
ut ad aeternā hereditatē regni celestis. cum xpo ad ueramq; liberta
tem p uenire mereamur. p dn̄m & dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m clementis
simum liberatorem nr̄m. qui in aeterna gloria manet. & regnat cū
dō patre. & spū scō p omnia saecula saeculorum amen.

FERIA II. LEC LIBRI REGUM

In diebus illis. uenerunt duae mulieres meretrices ad regem sala
monem. steteruntq; coram eo. quarū una ait. Obsecro mi dn̄e.
ego & mulier haec habitabamus in domo una. & peperi apud eā
in cubiculo. & relq; OMEL LEC EIUSDEM

De iudicio salomonis inter mulieres. ex quibus una filium quē lac
tare consueuerat dormiens occiderat. audiuit in praesenti lec
tione dilectio urā. Uenerunt inquit duae mulieres meretrices
ad regem salomonem. steteruntq; coram eo. quarum una ait.
Obsecro mi dn̄e. ego & mulier haec habitabamus in domo una.
& peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die peperit & haec.
& eramus simul nullusq; alius nobiscū. Illa quippe nocte
dormiens. oppressit filium suū. Surgensq; clam nocte mae
dormiente. & tulit filium meū de latere meo uiuentem. & col
locauit in sinum suū. mortuū autem posuit in sinū meum.
Respondit que altera & dixit. Non est ita. sed filius meus ui
uit. tuus autem mortuus est. & ita contendebant coram re
ge. Quid enī p has mulieres nisi doctorū ordo. & quid per earū
filios. nisi persona discipulorū signatur. nam doctores quidā.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0084